



[Faint, illegible handwriting on aged paper]

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



1687.

1. Beckmann, Joh. Volk: De lege III (Aede) C. de
Locat et conduct.
- 2^{tes} Lynckerus, Nic. Christophorus: De religione absequii
2 Quapf. 1687: 1735.
3. Müllerus, Petrus: De personae excellentia
4. Müllerus, Petrus: De conquirente officio
iudicis.
- 5^{tes} Müllerus, Petrus: De liquido ejusque jure.
2 Quapf. 1683: 1721.
- 6^{tes} Müllerus, Petrus: De dignitate effigiata.
7. Müllerus, Petrus: De rationibus in folle.
8. Müllerus, Petrus: De acquirenda vel obtinenda
hereditate
- 9^{tes} Müllerus, Petrus: De re non amplius integra.
10. Müllerus, Petrus: De contractibus consensuatis.

1682.

11. Mullerus, Petrus: De officiis transeuntium cum
exercitijs per aliorum territoria.

12. Mullerus, Fr. Jac.: De imperio dictatoris.

13. Mullerus, Petrus: De fide vicaria.

14^a ^{2^o} Mullerus, Petrus: De nimio 2 Decemb. 1682

1738.

15. Mullerus, Petrus: De modis, quibus tollitur
obligatio

16. Roth, Henricus Baethas: De characteribus.

17. Roth, Henr. Baethas: De commerciis institutorij

Rec. 1741.

18. Stevoghtius, Philippus: Miscellanea juris civilis

19. Stevoghtius, Philippus: Ad legem singularem C.
Fast. ut nullus ex vicariis pro alienis vicariorum
debitis teneatur.

20. Stuve, Georgius Adamus: De jure precum, quoad
finem, effectum et varios ritus

1682.

21^a, 6, c, d Struve, Georgius Adamus: De jure ovium.
4 Bändl. 1686, 1714, 1742 & 1756.

Lorsig


is

o

un

ed





1650.

37/100
11

DISPUTATIO
DE

ACQUIRENDA
VEL OMITTENDA HE-
REDITATE,

Quam

PRÆSIDE

ACADEMIÆ JENENSIS

h. t.

RECTORE MAGNIFICO

DN. PETRO MÜLLERO,

J. U. D. & Prof. Ordin.

Ad d. April. cl. lcc LXXXII.

In Auditorio ICtorum

publicè ventilandam sistit

IMMANUEL LEISTENIUS,
HALA SAXO.

JENÆ, Characterè NISIANO.



Parenti suo ætatem Venerando

**DN. JOACHIMO
LEISTENIO,**

**ILLUSTRIS QUOD VVEISSEN-
FELSÆ FLORET GYMNASII
AUGUSTEI RECTORI**

AC P.P.

*Hoc, quicquid est Velitationis Aca-
demicæ in debitæ filialis Reverentiæ
declarationem*

cum perennantis Prosperitatis voto

dicat ac consecrat

RESPONDENS.

DISPUTATIO

De

Acquirenda vel omittenda hereditate. [a]

THESIS I.



Efectus testamenti jure facti nec postea infirmati & rescissi est, ut adeatur hereditas. Quod quia pro variis heredum qualitatibus & differentiis varium est, de iis quædam sunt præmittenda.

TH. II. Heredum qualitas [b] est, quod quidam necessarii sint heredes, ut servi & filii: quidam voluntarii, ut extranei pr. Inst. d. her. qual. & dif. Necessarii heredes sunt, qui in potestate defuncti constituti protinus post mortem ejus sunt heredes. Dicitur necessarii, quod jure civili hereditatem repudiare nequeant. Defunctus qui in potestate habuit, vel est Dominus, vel Pater. Ille si heredem servum instituit, is necessarius heres est tantum; [c] Hic filium; is ita necessarius est, ut etiã sit suus. Sui sunt, qui in potestate patria constituti proximum ab eo gradum

[a] De acquirenda vel repudianda hereditate scripsit Joh. Dilect. Durantis. Ad L. 3. ff. d. acquirenda hereditate extant lectiones Feliciani de Vega, d. acquirenda vel omittenda hereditate Anton Pichardo. [b] Præcipua heredum qualitas est, quod sit successor in jus defuncti, sive ex testamento, sive ab intestato hereditas illa delata sit l. 9. §. d. edendo l. 14. d. judic. Ex quo heres alius est legitimus, alius testamentarius; Ille immediate, i. e. absque ullo facto hominis ex lege est, hic etiam quidem ex lege, sed mediante testamento, secundum legem factio. [c] Necessarius tantum heres est servus, qui ex testamento hereditatem & libertatem consequitur l. 58. ff. d. acqu. hered. & quidem directam, sive libertatis mentio facta sit in testamento, sive non §. 2. qui ex quib. caus. l. 5. C. d. necess. ser. hered. instit. Quinimo licet dominus servo, quem heredem esse vult, libertatem testamento ademerit, nihilominus heres & liber erit l. 13. §. ff. d. lib. & postb. sive servus proprius, sive communis. Vigil. ad pr. tit. Inst. d. hered. instit. Inventa verò hæc instituendi heredis ratio, quod defunctorum interesset, ut haberent successores, & maxime illorum causa, qui creditoribus obnoxii tenebantur, ut essent, quorum nomine post eorum mortem bona creditoribus distraherentur,

dum obtinent delatae hereditatis tempore, ut filius & filia, vel iis remotis, nepos & neptis, & deinceps. Dicuntur *sui*, [d] quasi proprii heredes, quia vivis parentibus, quodammodo bonorum paternorum sunt domini *l. 11. ff. d. lib. & postb.* & una eademque cum patre censentur persona, ita ut non in aliena, sed potius sua & propria bona, & sibi ipsis quodammodo videantur succedere, §. 2. *Inst. b. t. d. l.* Græci eos convenienter *οἰκέτες* h. e. domesticos vocant, non quia ex eadem domo vel familia sunt, sed quia sunt in potestate [e] Jacob. Revard. *lib. 2. varior. c. 8.* Hisce & superioribus illud commune est, quod horum neuter hereditatem adeat, sed ipso jure fiant heredes *l. 14. ff. d. suis & legit.* Unde & aditionis vel repudiationis vox in illis est inepta. Est tamen quoad recusationem quædam inter illos differentia: Servi enim jus separationis, sui jus abstentionis habent *l. 87. ff. d. acqu. vel om. hered. tot. tit. si minor se abstin.* Utrumque à prætore est, qui hoc quidem potuit, ne instituti invitati difficultatibus hereditatis intricarentur, nomen tamen heredis, quod jus civile illis tribuit, non potuit tollere *l. 88. ff. d. hered. inst.* Voluntarii sunt, qui ex libero arbitrio hereditatem adire possunt, vel repudiare; Quales sunt omnes illi, qui testatoris potestati subjecti non sunt, veluti liberi emancipati, liberi naturales tantum, item liberi respectu matris. Vocantur etiam Extranei [f] §. 3. *Inst. d. her. qual.*

TH. III. Pro diversa hac heredem conditione diversis modis *acquiritur hereditas.* Scilicet vel *ipso jure*, ut heredibus suis & necessariis; qui non opus habent aditione hereditatis. Vel *facto* (vocabulo hoc generalius sumto) ut extraneis. Prius fit *immixtione*; posterius accidit duobus modis vel *aditione* [g] in specie ita dicta, vel *pro herede gestione* §. *fin. Inst. d. hered. qual. & diff.* TH. IV.

& in quos infamia derivaretur §. 2. *Inst. d. her. qual.* [d] Nota: Quod vox *sui* hic non sit relativa, nec enim refertur ad personam prædefuncti, sed ad personam ipsius heredis, adeoque in hac peculiari significatione accepta semper præponi solet [e] Nota: Illos, qui perdignitatem è patria potestate abierunt, extraneos quidem factos videri, jus tamen suicitatis retinere *Novell. 87. c. 2. Vultej. ad Inst. b. t.* [f] Hoc vocabulum ambiguum est & tripliciter accipitur, (1) proprie respectu suicitatis, qui non sunt sui heredes, quæ acceptio est h. l. (2) respectu filiationis, qui non sunt ex numero liberorum, (3) respectu cognationis, qui defuncto consanguinitate non fuerunt juncti. [g] Adire

610
TH. IV. *Immixtio* est declaratio heredis sui de hereditate sibi ipso jure acquisita retinenda; & sic est modus non acquirendi, sed retinendi hereditatem; *Aditio* hereditatis est declaratio voluntatis ab herede extraneo de hereditate sibi delata suscipienda s. acquirenda facta. *Pro herede gestio* est aditio hereditatis quæ factis fit.

TH. V. *Causa efficiens* acquisitionis respectu heredum suorum est lex, hi enim citra ullam aditionem, statim à tempore mortis sola juris potestate heredes existunt. Respectu verò extraneorum est voluntas ejus, cui hereditas est delata. Voluntas quippe adeuntis necessaria est *l. 4. C. und. legit. l. 6. C. d. jur. delib.* ex præcepto enim testatoris hereditatem, licet lucrosam, adire nemo compellitur *l. 16. C. eod. ibique Brunnem.* Illa verò voluntas debet esse certa & specifica *l. 76. d. R. 7.* Signis externis declarata, & quidem *vel verbis*, qualiacunque etiam sint, modò non sint dubia & obscura & ex his certum & constans propositum adeundi intelligatur, ut si dicat quis: sum heres, agnosco, apprehendo Titii hereditatem [h] Neque interest sive verbis ore prolatis sive per scripturam heres voluntatem suam declaraverit; *vel re & facto ipso l. 20. pr. & §. 1. l. 88. ff. d. acq. vel om. hered.* In specie verò deprehenditur animus pro herede gerendi in eo, si res

A 2

heredi-

hereditatem nihil aliud est, quàm ire ad hereditatem, amplecti, suscipere & agnoscere hereditatem vel ex testamento, vel ab intestato, & quasi aditum in eam facere, aut declarare se heredem fore *l. 28. §. 3. ff. d. lib. & posth. l. 3. C. d. jur. delib.* Sumitur autem aditio hereditatis vel *pro medio*, per quod constituitur obligatio, & sic quasi contractibus annumeratur *§. 5. Inst. d. oblig. qd. ex quas. contr.* vel *ipsum adeundi actum* denotat, ut hoc loco. Eoque sensu vel latè & improprie pro immixtione usurpatur *l. 38. ff. d. acq. vel om. hered. l. 10. ff. d. collat.* vel strictè & proprie pro extraneis dicitur *§. 5. Inst. d. her. qd. & diff.* Quo sensu iterum non una est ejus significatio. Vel enim generis & speciei nomen est, ut generaliter hereditatem adire dicatur etiam ille, qui se pro herede gerit *l. 1. 3. 4. ff. d. acq. vel om. hered. l. fin. §. 2. & 12. C. d. jur. delib.* vel aditionem in specie ita dictam, quæ fit verbis, denotat, & pro herede gestioni opponitur, ut neque qui adit dicatur pro herede gerere, neque qui pro herede gerit, dicatur adire *l. 25. §. 7. l. 29. l. 69. d. acq. vel om. hered.* [h] Verba æquipolentia quoque sufficiunt; Unde est, quòd is cui hereditas delata est, hereditatis petitionem contra possessorem instituat, eo ipso adita hereditas dicitur; petitio enim hereditatis nemini nisi heredi competit, qui ergo vult cõsequens, hereditatem ipsam, vult etiam antecedens, nempe aditio-

hereditarias distraxerit [i] *S. ult. Inst. d. her. qual. & diff. à suo enim domino, & qui hujus loco est, jus distrahendi exercetur. Marant. ad l. 15. ff. d. acq. vel om. hered.* Si locaverit, quod citra jus & nomen heredis fieri nequit *d. S. ult. Inst. d. her. qv.* [k] Si prædia coluerit, unde animus adeundi præsumitur *d. S. ult.* [l] Si dividerit res hereditarias cum coherede, *arg. l. 1. 2. 36. ff. fam. ercisc.* [m] Si de hereditate sibi delata aut de rebus hereditariis disposuerit testamēto, vel codicillis *l. 6. C. de jur. delib.* Si solverit legata à testatore relicta, cum legata non debeantur nisi aditā hereditate *l. 14. C. d. fideic.* Si defuncti æs alienum solverit, cum quilibet præsumatur suo potius quàm alieno nomine solvere *l. 4. ff. d. solut.* [n] Si hereditatem vel portionem ejus alii cesserit, adita hereditas præsumitur, qui enim vult cessionem, tanquam consequens, videtur velle ejus necessarium antecedens, quod est aditio *Christin. vol. 4. decis. Belg. 29. n. 4.* Si cum legatariis aut creditoribus super re hereditaria transigat; Nam ante aditam hereditatem legatario nil quicquam cum effectu debetur, nec heres tenetur creditoribus hereditariis *l. 9. ff. d. test. tut. S. 5. Inst. d. obl. ex quas. contr.* Si res hereditarias possideat, hereditatem defuncti adivisse præsumitur *l. 1. & 2. C. d. repud. hered.* [o] alique plures [p]

Th. IV.

nē ejus *Wesemb. part. 1. conf. 13. n. 81.* [i] Hæc tamen præsumptio juris tantum est, & admittit probationes in contrarium. Unde ex distractione non censetur adita hereditas, si res quæ servando servari non possunt, fuerint distractæ *l. 20. S. 1. ff. d. acq. vel om. hered.* Vel si heres vendiderit quidem rem hereditariam, sed tamen sibi obligatam, nam tunc jure suo usus præsumitur *Menoch d. præsumt. 101. n. 13.* Vel si ex errore distraxerit *arg. l. 83. pr. vel si fuerit protestatus l. 20. S. 1. ff. d. acq. vel om. hered.* [k] Nisi vel magistratus autoritate locaverit, si enim adire voluisset, non adisset Magistratum, vel alia intentione ut substituto prospiceret *l. 20. S. 1. in fin. d. acq. & om. her.* [l] Nisi res sine cultura damnum sentiret, ut tunc faciens non ut heres, sed ne detrimentum res patiatur, fecisse videatur *Menoch. d. præf. 102. n. 75.* [m] Si verò prælegatum acceptaverit, nō statim censetur hereditatem adivisse, cum separata sint hereditas & legatum *Menoch. conf. 162. n. 20. lib. 2.* [n] Nisi doceatur alieno nomine potius quàm hereditatis ratione solum. [o] Hæc tamen præsumptio aliis in contrarium adductis probationibus facile eliditur *l. 4. C. und. legit. v. g. si filius manserit in domo paterna ex causa dotis maternæ, Carpz. p. 3. c. 14. d. 21. n. 6.* Vel vidua inhabitet ædes mariti, tunc non animo heredis id facere videtur, sed retentionis sine *Mascard. d. prob. concl. 44. n. 22.* [p] Nota: Si actus tales sint, qui possunt interpretationem habere pro aditio

61

TH. VI. *Subiectum* f. qui hereditatem acquirunt, sunt qui heredes esse possunt, nec prohibentur. Acquirunt verò vel *per se*, vel *interventu alterius*. Heredes sui jure sanguinis ita acquirunt, ut respectu eorum non dicatur hereditas jacens, cum ipsa suorum existentia sit acquisitio, quæ fit ipso jure ipsis ignorantibus §. 3. *Inst. d. hered. qu. ab intest.* Illique hereditatem non ut acquirendam, sed ut jam quæsitam ad omnes suos successores transmittant *l. 19. §. 2. ff. d. castr. pec.* Extraneam hereditatem Infantis nomine Parentes *l. 18. pr. C. d. jur. delib.* vel si parentes aut tutores eis non existant, cum decreto adire & acquirere possunt *d. l. 18. §. 2.* Pupillus enim tutore autorante extranei acquirunt hereditatem *l. 5. §. 4. C. d. jur. delib.* paterna tamen hereditas acquirunt pupillo absque tutore §. 3. *Inst. d. hered. quæ ab intest.* Muti & surdi intellectum non habentes, *l. 65. §. 3. ff. ad SC. Trebell.* mente capti & furiosi *l. 63. ff. d. acqu. vel omitt.* per alium acquirunt. Q. Num hereditas, ab herede non adita ad heredem transmittatur, & sic ab eo adiri possit? Resp. Hereditatem non aditam ad heredes non transmitti *l. unic. §. 5. C. d. cad. toll. l. 7. C. d. jur. delib.* sed herede ante hereditatis acquisitionem mortuo vel substitutioni, vel juri accrescendi, vel successioni ab intestato viam aperiri *pr. Inst. d. hered. qu. ab int.* Id quod limitatur (1) si *descendentibus* [q] fuerit delata hereditas ab ascendentibus, ex constitutione Theodosii in *l. un. C. d. bis qui ant. apert. tab.* transmittitur hereditas ad descendentes præmortui cujuscunque sint gradus. (2) Si infans intra infantiam deceaserit hereditatem ab extraneo delatam nec aditam ad patrem transmittit hereditatem *l. 18. §. 1. C. d. jur. delib.* [r] (3) Si heres

A 3

de tione, & in contrariam sententiam trahi, quia sunt indeterminati, & fieri possunt ab herede, & ab alio quolibet, prudentis judicis est, consideratâ personarum qualitate discernere, num actus ille aditionem importet nec ne, Tusch. *lit. A. concl. 290. n. 127.* In actibus dubiis standum est declarationi ejus, qui eos fecit Carpzov. *p. 3. c. 14. d. 22.* ita ut juramento locus sit, prout præsumptiones quæ volunt aditionem, sunt majores. *Natt. conf. 440. n. 21.* [q] Si verò ascendentibus, aut collateralibus fuerit delata hereditas eo modo ad eos non transmittitur Brunnem. *ad l. un. C. d. his qui ant. ap.* [r] Quamvis ibidem de infantibus, in sacris paternis existentibus mentio fiat, tamen ad sui juris infantem id extendit Imp. Theodosius in *d. l. 18. §. 3.* Q. Utrum hereditas infantis ad patrem tantum, an verò ad matrem etiam & reliquos, qui



170
de adeunda hereditate intra annum deliberaverit nec se declaraverit, heres hereditatem nondum aditam jure deliberandi transmittit, quæ transmissio ab authore *Justiniano* vocatur *l. 19. C. d. jur. delib.*

Th. VII. *Objectum* est hereditas delata, nondum abstenta vel repudiata *l. 21. §. 2. ff. d. acq. v. om. her.* & quidem tota; nemo enim partem hereditatis sibi delatæ adire, alteram verò repudiare potest *l. 35. l. 38. ff. d. acq. v. om. her.* [s] Hinc liberi non possunt legitimam retinere, & reliquam partem hereditatis omittere, legitima enim est portio hereditatis, & novo jure, institutionis titulo relinquenda *Nov. 115. c. 3. [t]*

Th. VIII. *Forma acquisitionis* est, ut hereditas purè, i. e. sine die & conditione a deatur *l. 51. §. 2. ff. d. acq. vel om. her.* & ut is, qui adire vel acquirere vult, sit capax hereditatis vel tempore testamenti conditi, vel mortis testatoris, vel tempore aditionis *§. 4. Inst. d. her. qv. & diff.* medio verò tempore si status heredis fuerit mutatus id ei non nocet *d. §. Carpz. p. 3. c. 15. d. 12. n. 2.*

Th. IX. *Effectus*, quo cum finis coincidit, est quòd heres in universum jus defuncti succedat, atque in eum transeant omnia jura, quæ defunctus habuit, [u]tàm ea qua ex jure in re, quàm ad rem proveniunt, *l. 23. ff. d. acq. vel om. poss. l. 4. ff. d. S. R. P. l. 22. l. 49. ff. d.*

cum patre & matre juxta Nov. 118. c. 1. aequaliter admittuntur, ad successionem, transmittatur? Vid. *Enenck. d. priv. par. 4. c. 3. n. 12.* qui pro patre, *Fach. lib. 6. contro. c. 9.* qui pro matre & fratribus germanis pugnant. [s] Aditio partis arguit aditionem totius, cum in partes scindi non possit *l. 18. d. legat. 2.* licet reliquam partem expresse repudiaverit. Nam acquirendo unam partem hereditatis ad crescunt invito heredi reliquæ etiam portiones *l. 53. §. 1. ff. d. acq. vel om. hered.* quia heres repræsentat defunctum *Nov. 48.* & in ejus locum succedit, non autem potest heres pro parte repræsentare, & pro parte non repræsentare *Colleg. Argentor. ad tit. d. acq. vel om. her. n. 10. [t]*
Quæritur heres feudum retinere & reliquam hereditatis partem repudiare possit? Distingv. *Jtus in c. un. lib. 2. Feud. tit. 45.* inter filium & agnatum; Hic repudiata hereditate defuncti feudum antiquum ad se devolutum potest retinere, filius verò defuncti & alii descendentes si feudum consequi velint, etiam hereditatem adire tenentur. Quod procedit tam in feudo ex pacto & providentia, quàm hereditario *Carpz. p. 2. c. 47. d. 3. D. Struv. exorc. feud. 9. ab. 11.* [u] Nisi jura ista morte ipsius fuerint extincta, vel illam, quæ est inter defunctum & heredem repræsentationem non admittant; uti sunt *jura personalia*, quæ personis ita cohærent, ut cum persona extinguantur, uti est usus.

62

ff. d. acq. vel om. hered. Hinc heres adita hereditate creditoribus hereditariis in solidum obligatur, etiam ultra vires hereditarias *l. 8. ff. d. acq. vel om. her.* Ad evitandum tamen damnum duo introducta sunt juris remedia, *jus nimirum deliberandi, & beneficium inventarii.* Illud à Principe vel Magistratu concessum est omnibus heredibus, ut intra certum tempus, & quidem vel anni spatium, si à Principe, vel novem mensium, si à Magistratu fuerit concessum, in vires hereditarias inquirere, & secum deliberare possint, an hereditatem habere, an verò derelinquere velint *l. 19. §. 3. l. ult. §. 13. C. d. jur. delib.* Beneficio inventarii plenissime prospectum est heredibus, adire volentibus, ne confecto secundum leges rerum hereditarium repertorio, ultra vires hereditarias teneatur *l. fin. §. 4. C. d. jur. delib. §. 5. Inst. d. hered. qv. & diff.* Jus illud acquirendi vel adeundi hereditatem respectu ignorantis heredis est perpetuum & 30. annis durat *l. 8. C. d. jure deliberand. & arg. l. 7. C. d. per. hered.* nisi iudex, lex vel testator certum tempus definiverit *Zoef. ad tit. d. acq. vel om. hered. n. 13. Wiessenb. p. 1. disp. 58. th. 18.* Ac hereditas nomen amittat *arg. l. 10. §. 2. ff. d. vulg. & pup. subst. Carpz. lib. 6. tit. 7. resp. 73.* Nec heres pænitere, vel hereditas semel adita repudiari potest [x] *§. 5. Inst. d. her. qv. & diff. l. 10. C. d. jur. delib.*

TH. X.

fructus, tanquam jus personale, qui ad heredem non transit *pr. Inst. d. usufr.* idem est de similibus juribus judicandum *vid. l. 39. §. 4. d. legat. 1.* Excipiuntur quoque *privilegia personalia*, quæ cum privilegiata persona extinguuntur, nec in heredes transeunt *l. 68 l. 196. d. R. J.* Item *obligationes ex delicto provenientes* respectu ipsius rei, quæ si in iudicium nondum fuerint deductæ adversus heredes non competunt, sed morte delinquentis extinguuntur *§. 1. Inst. d. per. & tempor. act.* Delictum enim & actio inde descendens ita afficit personam, ut extra illam, & ab illa, relatio illa transferri & transire non possit, at quidem in heredem & cæteros successores, qui licet succedant in universum ius defuncti, adeoque in actiones passivas, tamen delicto successores non afficiuntur *Bachov. tr. d. action. disp. s. th. 4.* Quid de possessione dicendum, an in illâ succedat? *Negat.* Cum extincta sit defuncti possessio, neque in herede incipere possit nisi de novo acquiratur, proinde dicitur esse facti, ut non nisi naturaliter apprehensa transeat in heredes *l. 23. ff. d. acq. & om. poss. Vid. D. Eichellii dissert. d. transitione possessionis in heredes ubi contra Carpzov. disp. Vid. Colleg. nostr. ad tit. ff. d. R. J. ad l. 6. in notab. [x] Q. Si heres cum beneficio inventarii adierit hereditatem ab hereditate semel adita liberè abstinere possit? *Negat.* Quia heres inventarium conficiens legatariis ex*

TH. X. *Omittitur* hereditas duobus modis, vel *abstentione*, vel *repudiatione*. Abstentio est declaratio heredis sui de hereditate sibi ipso jure acquisita non retinenda; scilicet si heres suus voluntatem suam vel verbis vel factis declaraverit, se hereditatem sibi ipso jure acquisitam retinere nolle *l. 71. §. 4. ff. de acq. vel om. hered.* Repudiatio est declaratio voluntatis ab herede extraneo de hereditate sibi delata non acquirenda facta.

TH. XI. *Forma* in eo est, quòd tam abstentio, quàm repudiatio fiat solà voluntate, factis tamen vel verbis declaratâ *l. 95. ff. de acq. vel om. her.*

TH. XII. *Effectus* omissionis est, quòd repudiatâ hereditate alius vocetur ad successionem [y], nisi fortè repudians ex alio capite ad aditionem pervenire possit, v. g. Filius repudians hereditatem ex testamento patris, causam intestati repudiasse non videtur per *l. 17. §. 1. l. 77. ff. de acq. vel om. her.* quoties enim duplici jure defertur successio, repudiato jure novo, quod ante defertur, superest vetus, *l. 91. ff. de R. 7. ibique Colleg. nostr. publ.* Et sui heredes, etiamsi paternam hereditatem semel recusaverint, si res sint adhuc in eodem statu, iterum possint adire eam, juxta modum & distinctionem à Justiniano in *l. fin. C. de repud. & abst. hered.* præscriptum; quod secus est in extraneis heredibus *l. 4. C. eod. l. 22. §. 1. C. de jur. delib.*

quasi contractu, & successoribus hereditariis per successionem in jus defuncti obligatur §. 5. *d. oblig. ex qual. contr.* obligationi verò semel quæsitæ nemo renunciare potest *l. 1. C. de O. & A.* & hanc sententiam de jure veriore statuam Carpz. *lib. 6. resp. 73. n. 3. & 13.* ab ea recessit Idem *part. 1. decis. 25.* [y] Nota: I. Minorem 25 annis temerè & inconsultâ facilitate lapsus, qui damnosam adit hereditatem, per restitutionem in integrum adjuvari §. 5. *Inst. de her. qual. & diff.* II. Eum, qui juvenili levitate ductus hereditatem repudiavit, aliquando à Prætorè restitui, ut eandem adire liceat, ac si omnia essent integra *l. 27. §. 2. ff. de minor. Vinn. in comment. ad §. 5. Inst. de her. qual. & diff.* III. Majorem 25 annis contra aditam hereditatem regulariter non restitui, cum heres sibi imputare debeat, quòd damnosam hereditatem adierit; Ant. Faber. *ad tit. C. de jur. delib. def. 7.* Si tamen major justo errore vel ignorantia facti lapsus docere possit, puta si adierit hereditatem, quam plerique omnes lucrosam & opulentissimam putaverint, p. s. n. o. um verò ære alieno maximè repleta, inveniat, æquius est restitutionem in integrum dari *arg. l. 1. §. ult. ff. ex quib. caus. maj.* Rittershus. *d. §. 5. Inst. de her. qual. & diff.*

COROLLARIA.

I.

Fœminæ, licet de jure Justiniano adire hereditatem, non prohibeantur, statutis tamen nonnullorum locorum ita cautum est, ut fœminæ, cum absque curatore sese obligare nequeant, ita nec hereditatem adire possint *Carpz. de jur. fœmin. dec. 3. posit. 1.*

II.

Liberi à Parentum hereditate abstinentes, & eorum alienum de bonis avitisolvere non tenentur *Coler. p. 2. decis. 255.* Siquidem patris hereditate non acquisita, Nepos non ex persona ejus, sed ex propria persona venit in bonis avitis *l. 7. ff. unde liberi D. Carpz. lib. 6. resp. 72. n. 6. D. Richter decis. 55. n. 2.*

III.

Inventarii beneficium principaliter introductum est in in favorem heredis, *l. fin. §. 4. C. d. jur. delib.* per consequentiam tamen etiam defunctorum honori consulere videtur Imperator hoc juris remedio, quo heredes invitantur ad ad-eundas hereditates.

IV.

Ut inventarium dicatur legitimum ac justum in eo debet esse rerum hereditariarum specifica & solennis descriptio & annotatio. Quæ fieri debet intra tempus legitimum, quod sunt 3 menses *l. fin. §. 1. §. 11. C. d. jur. delib.* ita ut intra primum capiat exordium, & intra reliquos duos menses modis omnibus impleatur inventarium, computatis in singulos menses 30 diebus *d. l. fin. §. 1. 2. & 11.* Debetque fieri in præsentia illorum, qui ad hujusmodi confectionem sunt necessarii *l. fin. §. 2. C. d. jur. delib.* nimirum creditorum, legatariorum & fideicommissariorum *Nov. l. cap. 2. §. 1.* heresque se subscribere debet, addita rerum quantitate, & quòd nulla malitia sit usus, nihilque penes eum remanserit *l. fin. §. 2. C. d. jur. delib.* Vel si heres literarum sit ignarus, vel scribere præpediatur, Notarius specialiter ad hoc coram testibus heredem cognoscentibus subscriptionem inventarii subscribat.

Si

210
SI quis memor vivit brevis quod ævi sit,
Is tempori sic servit, dies nulla
Sine linea ut labatur. Optimè Tute
Tempus fugax consideras, tuis rebus
Prudenter inservisque. Tam bonum tempus
Enim sequi nunquam solere, quàm primum
Fuit bonum: testantur omnia dicta
Cordatorum. Tu mente, *Docte Leisteni,*
Animoque tali præditus quod ætatèm
Fueris, theses queunt probare præsentés.
Ut inde magnos auferas, precor, fructus.

*Quod bona scæva ergo
sc.*

PRÆSES.

Vous ferés donc Monsieur, publiquement paroître
ce beau brillant de vôtre esprit,
& ce talent qui me surprit
Dés le moment que j' eus l' honneur de Vous connoître.
Je fais que cet effort, sera suivi de gloire;
Que vous aurés des plus savants
Les dignes applaudissements;
Que vous réponses vont charmer tout l' auditoire.
Poursuivés ce dessein. l' ambition est belle.
Car pour se trouver en état
de soutenir les avocats,
Il faut s' acoutumer bientoist à des querelles.

*Voilà les petites marques du zele
pour vôtre service de*

Monsieur

votre tres obligé serviteur

Jean Meyer.

(225.454)

Jena, Diss., 1682

ULB Halle


3

004 216 27X



WMA







1650.

DISPUTATIO
DE
**ACQUIRENDA
VEL OMITTENDA HE-
REDITATE,**
Quam
PRÆSIDE
ACADEMIÆ JENENSIS
h. t.
RECTORE MAGNIFICO
DN. PETROMÜLLERO,
J. U. D. & Prof. Ordin.
Ad d. April. cl. lxxii.
In Auditorio ICtorum
publicè ventilandam sistit
IMMANUEL LEISTENIUS,
HALA SAXO.

JENÆ, Charactere NISIANO.

